Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



sacerdotibus comedit quos non licebat ea edere: neque
his qui cum eo erant nisi solis sacerdotibus Aut
non legistis in lege quia sabbatis sacerdotes in
templo uiolant: et sine crimine sunt Dico au-
tem uobis quia templo maior est hic Si autem
scyretis quid est misericordiam uolo et non sacrificium
uinquam condempnasletis innocentes Dnica
Suscepimus deus misericordiam tuam in medio octaua
templi tui secundum nomen tuum deus ita et laus tua
in fines terre iustitia plena est dextera tua ps
Magnus dns et laudabilis nimis in ciuitate dei nostri
in monte sanctum eius Collecta Largire nobis
qs dne semp spm cogitandi que recta sunt
piacens et agendi: ut qui sine te esse non pos-
sumus secundum te uiuere ualeamus P do-
Fres Debitores sumus non carni Ad ro
ut secundum carnem uiuamus Si enim mans
secundum carnem uixeritis morietis: si autem
spu factis carnis mortificaueritis uiuetis
Quicumque enim spiritu dei aguntur: hi filii dei
sunt Non enim accepistis spm seruitutis iter
in timore: sed accepistis spm adoptionis fi
lior: in quo clamamus abba pater Ipse sps
testimonium reddit spi nostro: quod sumus
filii dei Si autem filii et heredes Heredes qui
dem dei coheredes autem xpi Gra Esto michi inde
um protector et in locum refugii ut saluum me facias
Deus in te spauit dne non confundar in eter num Al
leluia Tececit pacem deus in syon et tibi reddet
uotum in israhel Replebimur in bonis domus tue sanc
est templum tuum mirabile in equitate S. Matthm